



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Pavimentum.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

350      *Pars secunda de elevatione*  
batur Thita, liberandis Thau. Tempore Anti-  
christi signabunt Angeli Apoc. 7. v. 3. Electos  
Christi Crucis signo. Imò putant aliqui teste  
Salmeron Beatos omnes in cælo pro frontibus  
insigniendos Cruce quasi tessera & trophæo  
Christi, quo testentur se meritò Crucis cælum  
possidere. Plura habens vobis scribere noli per  
chartam & atramentum, sed os ad os loqui. Joan.  
Ep. 2. & 3. Et id lèpè inclūs est Littera enim sicut  
scripta manet, ità non potest se ipsam & occur-  
rentia ex ea dubia explicare. Quanquam &  
hoc verum sit, quòd honorans aliquem prout  
decet pileo vitro & calamo multum inde habere  
possis emolumenti. Allata sunt ei litteræ (Joram  
Regi Judæ) ab Elia Propheta l. 2. Parallip. c. 21.  
ex Paradiso, in quem à novennio curru igneo,  
hoc est, splendidâ nube translatus fuerat, malo-  
rum ob scelera Regis prænuntiæ. Tu cave ne  
noteris in libro, quo continentur pœnæ æternæ  
scelerorum.

*Fornix.*

**E**Rexit sibi fornicem triumphalem. 1. Reg. 15.  
Saul cæsis Amalecitis, non Deo autori vi-  
ctoriae, & ideo non continuatur felicitas Prin-  
cipum, quia elati prosperis obliviscuntur Dei.  
*Dissipat impios Rex sapiens,* & incurvat super eos  
fornicem. Prov. 20. Hoc est, ità obruit, & quasi  
sepelit illos, ac si deturbato in subjectos fornice  
cubiculi totos ruinis involveret.

*Pavimentum.*

**A**Dhæsit pavimento anima mea (pondere æ-  
rumnarum pressus humili jaceo) vivifica  
me

me secundūm verbum tuum. Ps. 118. Lapsus falsæ lingue quasi qui in pavimento cadens. Sic casus malorum festinanter veniet. Eccl. 20. In pavimento quidem plano, sed laxis constructo corruuit, ubi minimè putabat, adulator, detractor.

## Fornax.

**E**Duxi eos de terra Ægypti de fornace ferrea. Jer. 11. Mundus est talis fornax, ex qua educitus es ad relig. ordinem. Missi sunt in medium fornacis ignis ardenter. Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldais. Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tenet eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestia intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant Deum in fornace dicentes: Benedictus es Domine, &c. Dan. 3. Ecce multiplicem materiam variarum bonarum reflexionum. Aperuit puteum abyssi, & ascendit famus putes, sicut famus fornacis magne. Apoc. 9. Imaginante tibi infernum.

## Columnæ.

**P**Er diem columnæ nubis, per noctem columnæ ignis. Exod. 13. Præcedebat Israelitas. Sic gratia Dei te de die ac nocte dicit ac illuminat per desertum mundi hujus. Columnæ cali contremiscunt. Job. 2. coram divina Majestate, in cuius præsentia tu adeo irreverens & sæpè contumax